Property of the Catholic Archdiocese of San Antonio Archives

EMMANUEL REYNOSO ET OLMEDO, VICARIUS CAPITULARIS, SEDE VACANTE DE Q U E R E T A R O , in Ditione M E X I C A N A ,

Tibi dilecto in Christo A N T O N I O S A N C H E Z , dioecesano nostro, legitimis natalibus procreato, baptizato, confirmato, aetatis anno vigessimo tertio ac nullo canonico impedimento, quod sciamus innodato, aliisque a jure requisitis praedito atque de Nostra licentia a Dioecesi absenti, facultatem in Domino facimus ut ab Ilmo. ac Rvmo. Episcopo S. Antonii, vel, de ejus licentia, ab alio Episcopo gratia et communione Apostolicae Sedis fruente, ad P r i m a m T o n s u r a m , in tempora a jure statuta, vel extra tempora, dummodo tamen quoad scientiam idoneus repereraris, promoveri possis et valeas.

In quorum fidem has Tibi litteras dimissoriales manu N o s t r a subscriptas concedimus.

Datis Seminarii S. Philipi Neri de Castroville, Texas, in Statibus Foederatis Americae, die 14 Septembris, anno Dom. 1917.

Emmanuel Reynoso,
Vic.° Cap.° de Quer.to